



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphaliae, 1608

Thesis Decimaseptima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

270 APOD. III. MAT. CHRIST. CAL.
 placet gratificata & dilecta, alijs aridet vel
 gratis iustificata, vel gratis dilecta, vel in gra-
 tiam recepta, & quid non? mille opinionum
 species, nec voto viuitur vno in Calvinismo:
 quot capita tot ibi sententiæ: quot grāmatico-
 rū deliria, tot sacrosancta interpretamētasunt
 Sacramentariorū. Vna Catholicæ Eccles. vox
 fuit, est, & erit. Aue gratia plena, sed plena vt
 flui^o ex plenissimo gratiæ fonte Christo deri-
 uatus, sanctosq; ceteros sua plenitudine exupe-
 rās, haud aliter ac plenos riuos excedit flui^o.

THESIS DECIMASEPTIMA.

COROLLARIA. I. genuinum articu-
 lum Calvinisequarum hunc esse: QVI
 CONCEPTVS SPOLIATVSQVE
 GLORIA EST DE SPIRITV SANCTO,
 NATVS EX MARIA NON VIRGINE.

**Turcæ me-
 lius de B.
 Maria quā
 Calvinistæ
 sentiunt.**

2. Turcas multò sanius sentire de hoc articulo; quā
 Calvinistas. Eorū enim AZoar 31. est: Omnium mulierū
 optimæ Mariæ, ab omnib. intactæ, animam suam Deus
 insufflauit, & illā Filiumq; eius manifestū gentib. mi-
 raculum posuit. Et AZoar 17. Maria nunquam aliquid
 mali, siue malitiæ operata est. 3. Calvinistas fustuariū
 apud Turcas non euasuros. Testis enim Theuet lib. 8.

**Fustuariū
 Turcis me-
 rentur Cal-
 uin.**

Cosm. c. 2 apud Mahumetanos hanc constitutionem
 esse, vt siue quis Christianus, siue Maurus, siue Arabs,
 siue Turca Christum (illud verbum Dei) quem virtute
 Spiritus S. à Maria Virgine procreatum credunt; vel
 etiam ipsam Virginem, quam Deus creaturis omnibus
 puriorem fecit & excellentiorē, blasphemauerit, præ-
 ter multam pecuniariam, sexaginta fustuarij plagas
 susti-

sustineat, Non sit vel fustium copia satis ampla, vel inopia è multis pecuniarum, si hæc pœna introducantur in Christianismum contra Calvinianos.

CAPVT VIII.

Mendacia Prædicantica circa hanc thesim.

ITa est, vnum existit tota Apologia Vortiana quasi farcimen conuitijs mendacisq; confertum, & ad illud caput poterant omnia vti hæcenus vidisti, Lector, referri. Sed æquum non est ijs numerandis pretium temporis impendere: Satis est superque si quandoque per interualla ex ijs aliqua subijciamus tuis oculis, quibus calumniatorem Prædicantem manifestæ falsitatis cum impudentia malitiâq; extrema coniunctæ damnes.

1. Mentitur art. 3. §. 37. *Quod Pontifex Romanus sit sedens in templo Dei tanquam Deus. Sedet vt Dei vicarius, & seruus seruorum Dei.*

2. Mentitur §. 40. *Cum negat Calvinistas vel tantillum de laudibus Sanctæ Mariæ detrabere. Detrahunt plus quam Mahometani, dolorem partus aliaque ei affingentes, vt ostensum est modo.*

3. Mentitur ibidem, *Mariam putari à Catholicis impeccabilem. Peccare pro arbitrij sui libertate, & ab intrinseco potuit, sed vt peccaret, Deus Spiritus sancti donis auxilijsque eam præueniens & subsequens, non permisit.*

4. Men-